



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

I. Devm vbique esse præsentem, intueri omnia, perficere ac operari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)



DE STUDIO

PERFECTIONIS LIBER
SECUNDVS.

CAPVT I.

Deum ubique esse presentem, intueri omnia, omnia perficere ac operari.

A Dei presentia Praxim ^{Laus con-}stram exordimur; quod ea ^{cepta Dei} via quaedam compendiosa ^{presentia.} sit, & quasi multorum ad-
 1. miniculatorum, quibus ad
 PERFECTIIONEM venia-
 2. complexio. Initium est & quasi exemplar
 beatitudinis: ita enim viuunt beati, vt
 semper intueantur, semper ament; à bo-
 nis operibus, à laudibus nunquam cessent; in
 dilectione semper versentur; Dei voluntatem
 diligant & extequantur; ipsi quoque su-
 premo

Nn

premo

premo Regi, quando lubet, loquantur; in
exultent, & gaudijs illius immerfi, omni do-
lore & tristitia vacent. Idem accidit ijs, qui
Deum oculis animi obuersantem statuunt: sin-
gulari enim beneuolentia ipsum complectun-
tur, ei colloquuntur, laudant, & quantun-
manæ vires ferunt, à bono opere actuque
terno non cessant; eum in rebus agendis con-
sulant, eiusque sanctissimum beneplacitum
sequuntur; denique tanti amici præsentia et
nimi suauitate, pace, gaudioque perfruuntur,
quæ sensum sermonemque omnem vincit
superat.

2. Cetera adminicula parum proderunt,
Dei conspectu recesserimus; cuius conside-
tio mala omnia profligat, consilia optima
gerit: dissolutus enim animus, & minime
præsens, parum idoneus est ad res bene ge-
das; facileque bona collecta dissipat, dum
quidem intra rationis limites potest contrahere
etenim si a deo seipsum effundat, ut vix ad
uertit, vix sese colligere valeat; quomodo
stia dona, cogitationes diuinitus immittas,
etæque proposita conseruabit?

Difficultas præsentiam Dei inducendi ac conseruandi. 3. Horrent quamplurimi hoc exercitium
vel nunquam aggrediuntur, vel susceptum
linquunt: quod arduum nimis, & supra
humanas esse videatur: timent nimirum
bertatem vagandi, cogitandi, agendique
velint, retinere non valeant. quis enim,
præsentem, animo versare dolos, machinari

re alteri, sordes cogitatione ac voluntate volere, quis opere complere exterius, quis scurriliter ac maledicta proferre audeat? quis denique per se in more ingurgitare se, bacchari, peiorare præsumat eo præsentem. qui romphæam ancipitem tenet in manibus? qui clauem mortis habet & vitæ? qui potest occidere, & in gehennam præuaricatorem mittere? Cum hoc exitio de præsentia Dei libertas carnis confidere non potest: prius manus mentemque purget, & in æternum oculum; sicque idonei inuentur Christi iudicio: *Beati (ait) mundo corde, Matth. 5. quoniam ipsi Deum videbunt.*

Alij, etsi bene viuere velint, tamen nolunt 2.
libere molestiam; rati vitam hanc fore miseram
in qua nullum humanum solatium affulgeat:
& tristitia absorptum iri, si cum Deo assidue
conuersentur; attentionem nimiam caput ex-
sternunt: denique, quicumque velit hoc vitæ ge-
neris aggredi, eum seputari velut inter mortuos:
oportere valedicat rebus omnibus, cælo, terræ,
& igni: sensibus omnia oblectamenta
abstrahat: oculos omnino claudat: ostia cir-
cumstantiæ ori suo admoueat; linguam mem-
braque omnia ne moueat: &, tanquam Princi-
pali magno assistat, decenter sese componat. Hæc
facile homines abducunt, à cura ac studio sibi
re præsentandi: fateor: nemo ibit infi-
nitum, difficile id est: &, nisi prudenter proceda-
tur, exercitium hoc nonnunquam dæmonis il-
lusionibus erit obnoxium. cui opportune reme-
di adhibebit prudens aliquis director, ad quæ re-
Nn 2 curre-

currere necesse est in dubiis: ex cuius ore pendere, illum loco Dei tenere, sua omnia manifesta esse, adeo è re illius erit, qui hoc exercitio animi cupit expolire, ut illud vnicum præsidium (Christo auctore) firmissimum ac pæne vnicum ad cacodæmonis artes dissoluendas esse videatur. Nec admodum quenquam mouere debent difficultates allatæ: scribimus enim virtutis amantibus, PERFECTIONIS studiosis, qui mori non recusant, & mortificari tota die, demereri estimari sicut oues occisionis; qui cum Paulo dicuntur: *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum: Mihi gloriari nisi in cruce Domini nostri IESV Christi confixus sum cruce: Mihi mundus crucis est, & ego mundo: Nemo mihi molestus sit, ego stigmata Domini IESV in corpore meo portare, & mortificationem IESV in corpore meo circumscribere.* Sic (inquam) difficultates allatæ, crepant sunt puerorum, quibus aliquando homines amantes facile implicantur.

Psal. 43.

Phil. 1.

Gal. 6.

Gal. 2.

Gal. 6.

Ibidem.

2. Cor. 4.

Considerationes pro
Dei præsentia concipienda.

I.

Deum esse ubique præsentem.

5. Sed nullo negotio ruent ac dissipabunt nebula istæ, si cœlitus sol iustitiæ radios alacriter transfundat, & considerationes è Scripturis Patribus desumptas opponamus; inter quas prima est: Quantumcunque mortales Deum seque ipsos negligant, (lumine rationis & fide) in rebus agendis curaque atque animaduersione præsentis Numinis prætermittis) nihilominus certum indubitatumq; est, re ipsa Deum in omnibus rebus esse; omniq; loco, quantumuis abdito: nec potentia, virtute, aut industria excludi posse, nec opus est nostra cogitatione ut omni loco præsentis

fit, cum vbiq; existat, etiamsi Angelicus hu-
 manusq; intellectus vel non foret, vel idi-
 otum non conciperet. Hinc sapientissime Seneca
 auctor Ethnicus: *Sic certe (ait) viuendum*
et, tanquam in conspectu viuamus; sic cogitandum,
tanquam aliquis in pectus intimum inspicere possit: &
post: quid enim prodest ab homine aliquid esse secre-
ta, nihil Deo clausum est: interest animis nostris, &
orationibus medijs interuenit: sic interuenit, dico,
tanquam aliquando discedat. Hæc Seneca. Hæc
 reuerentem si homines apprehenderent, sua te-
 sponte inducerent ad obsequium deferendum
 Deo, omni loco degenti: non enim putandum
 est diuinum Numen in cælo totum ac perfe-
 ctum videri, secundum essentiam ac præsentiam
 alicui; nobiscum vero secundum potentiam
 intaxat: vt Reges, qui in regia personaliter ac
 auctoritate consistunt, auctoritate vero in toto re-
 gno esse censentur. Totus est Deus in vniuerso
 mundo, & totus in partibus singulis; & perfecte
 eadem, vt statim dicemus. Si enim id animæ
 corpus informanti tribuimus, vt tota sit in toto
 corpore, tota similiter in minimo digito, ac re-
 quis particulis corporis; quid mirum si id in
 Deo veneremur, qui spiritus est, & spirituum
 conditor? Dicebat Salomon: *Quis poterit præua-*
re, vt adificet ei dignam domum? Si cælum & cæli
retorum capere eum nequeunt; quantus ego sum, vt
possim edificare ei domum? Excelsior cælo est, (ait
Iob) & quid facies? profundior inferno, & vnde co-
scies? & ipse Dominus per Amos Prophe-
ta: Si descenderint vsque ad infernum, inde ma-

Lib. 12. ep.
 84.

2. Paral. 2.

Iob 11.

Amos 9.

Psalm. 138. nus mea educet eos; & si ascenderint vsque in caelum, inde detraham eos. Denique Regius Prophetas: Si ascendero in caelum, tu illic es; si descendero in infernum, ades; si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua educet me. Augustinus vero pie sic meditatur: *In Man. incip.* que Deus es, & vbi que totus: qui sentiri potes, non deri non potes; qui nusquam dees, & tamen ab in- *in medio laqueorum, c. 1. tom 9.* quorum cogitationibus longe es; qui nec ibi dees, ubi longe es: quia vbi non es per gratiam, ades per vultum.

Consideratio 2. Deū omnia videre: 6. Hæc consideratio momentum habet, maius altera; quæ non tantum Deum in rebus omnibus existentem, sed cuncta videntem, penetrantemque intuentem nobis proponit: panem enim foret vbi que ipsum veritari, si nos videre non posset. Hæc vero consideratio adeo nos penetrare debet, vt nihil agere, ne hiscere eum deum auderemus sine ingenti timore ac tremore, proposito nobis diuino Numine, cuius aspectus perspicaces sunt oculi, cuique rationem reddere oportebit omnium gestorum; quorum iudex æquissimus futurus est & testis & iudex. Quis hanc considerationem fortissime inculcantur nobis factæ paginae. *Oculi Domini contemplantur vniuersam terram. Ipse enim fines mundi intruetur, & omnia quæ sub caelo sunt respicit. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.*

2. Par. 16. Iob 28. Prov. 15.
Deum videre internas cogitationes.

At dices Deum quidem intueri opera nostra, sed internas cogitationes eum latere. Non est ita: quid enim sanctus Rex ihs qui dicebat: Non

Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob, re- Psal. 93.
spondet? Intelligite insipientes in populo, & stulti
quando sapite. Qui plantauit aurem, non audiet?
qui finxit oculum, non considerat? Dominus scit
cogitationes eorum, quoniam vana sunt. & Isaias: Isaia 29.

Et qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis
cogitatum: quorum sunt in tenebris opera, & dicunt,
quis videt nos? & quis nouit nos? quod D. Augusti-
nus disertè confirmat. Tu es vere, inquit, Dominus Lib. de Spe-
culo, c. 3.
Deus inuisibilis; inestimabilis, in circumscriptus, tomo 9.

immensus, incomprehensibilis; vbique totus,
vbique presens; ineffabiliter omnia continens, omnia
penetrans, omnia sciens, cuncta prospiciens, omnia po-
tens, vniuersa gubernans; totus in caelo, totus in terra,
totus etiam vbique. Vnde profecto magna nobis
accumbit necessitas illum praesentem contuen-
di, ne incuriae nostrae ac inconsiderationi suc-
censeat, qui omnia agimus perinde ac si caecum
Deum arbitraremur, videamurque assentiri ijs
qui dicebant, Non videbit Dominus, nec intelliget Psal. 93.

Deus Iacob.

7. Credimus diuinos oculos videre omnia, Deum vi-
sed forsitan cordium nostrorum intentiones fi- dere inten-
desque abditos non vider. Omnino videt: non tiones cor-
enim tantum Deus vbique est, aut opera quali- dium no-
tercumque diiudicat, sed & penetrabilior est omni strorum.
Heb. 4.

gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem ani-
mae ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, &
discretor cogitationum, & intentionum cordis: & non

est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia
autem nuda & aperta sunt oculis eius. Addit inter- Chry. orat.
pres D. Chrysostomus; Aperta autem Graece dicitur 7. in c. 4. ad
Heb. to. 4.

Handwritten notes in the right margin, including the word "scilicet" and other illegible scribbles.



πετρα χυλις μέν, id est, resupinata, à metaphora pel-
lium quæ extrahuntur à victimis. Quomodo enim quan-
do quispiam illis iugulatis pellem à carne abstraxerit,
omnia quæ sunt intus aperit, & nostris oculis rebus
manifesta; ita etiam Deo clara & manifesta propria
sunt omnia.

Quid vero mirum si Deus præsens ubique sit,
& videat singula? perficit enim omnia opera
nostra, eaque nobiscum operatur; dat unicuique
rei ut sit, ut agat, ut moueatur, ut viuat, quæ de-
sapienter Diuus Thomas: Deus (ait) est in omni-
bus rebus; non quidem sicut pars essentia, vel sicut
cidens, sed sicut agens adest ei in quod agit: oportet
enim omne agens coniungi ei in quod immediate agit,
& sua virtute illud contingere. vnde in 7. Physicorum
probatum quod motum & mouens oportet esse simul.
Cum autem Deus sit ipsum esse per suam essentiam,
oportet quod esse creatum sit proprius effectus eius, sicut
ut ignire est proprius effectus ipsius ignis. hunc autem
effectum causat Deus in rebus non solum quando primo
esse incipiunt, sed quam diu in esse conseruantur. Ita
sicut lumen causatur in aere à sole, quam diu aer trans-
minatus manet. Quam diu igitur res habet esse, tam
diu oportet quod Deus adsit ei secundum modum quo
esse habet: esse autem est illud quod est magis in rebus
cuiuslibet, & quod profundius omnibus inest, cum sit
male respectu omnium quæ in re sunt: vnde oportet
quod Deus sit in omnibus rebus, & intime. Hæc sunt
Deus Pater; qui adeo exhaust copiam omnium
dicendi, & explicandi Numinis diuini præsen-
tiam, ut nihil addi posse videatur.

O quam profunde animos nostros penetra-

1. p. q. 8. 27.
1.

nis enim iudicij eris reus, quamuis sis humanis absconditus. Deus ubique praesens est. Spiritus eius totum implet. Maestas eius omnia penetrat elementa. Cuncta sua potentia attingit praesentia. Extra eum locus nullus est. Cognitioni eius nihil occultum est. Omnia secreta vis virtutis eius irrumpit. Nulla se latere patitur, nullis obicibus, ut non penetreret, impeditur. Ipse cogitationes nouit, ipse cor inspicit. Quod intus agitur at latet, ipse videt: quod intus disponitur, ipse comprehendit: & iam quod homo in se ignorat, ille nouit. Haec Isidorus. Ex quibus conficitur, non modo doctrinam hanc de Deo memorando perfecti utilem esse, sed subinde necessario obseruandam, si à peccatis auelli, si praecipitia vitare volumus.

CAPVT II.

Numinis praesentis considerationem non modo peccatoribus esse necessariam, sed & iustis, ac PERFECTIIONIS studio-
sis.

Necessitas 8. **Q**ui enim à peccatis volunt liberari, necesse est sese ad Deum conuertant per fidem; & spe magna nixi ardentem veniam petant: amoreque in Deum concepto illi perpetuo nexu adherere proponant. *quae* necessitas eo loco habenda est, ut sine ea nemo qui peccato letali sese inquinauerit, salutem possit

*praesentia
diuina con-
quirenda
lapis.*

1.